

## VI. VSELIS (p. 810).

8323 nella chiesuola rurale di S. Stefano nel camposanto di Nuragus.

in latere:           D       M  
                           GERMANO · NEPOTIS  
 gladius   sic MILITIS · VIXIT · ANNI  
                   S · XXXII MILITABIT ·  
                   5   ANNIS · VII · FAVS  
                           TA MATER · FECIT

Ectypum dedit Fiorellius. Misit Vivanetus editque quod Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 47.  
 3 requiritur militi.

8324 prope Nuragus rep. in loco q. d. *Pra Masuleus* in sepulcro.

D V D C I D D  
 M O · B · I · N

Vivanetus misit exemplum sumptum ab homine imperito.

IX. *Ad Thyrsam superiorem et Caedrim* (p. 818).

ad n. 7892. Mea causa Ozierium profectus Tamponius Terranovensis nec titulos eos, de quibus agitur, ibi repperit, neque de domino eorum quicquam ut comperiret ei successit.

8325 tabulae aeneae fragmentum. *Sulla facciata interna lungo i due lati rimasti integri si osservano abbondanti residui di saldatura forte d'argento, che teneva unite le due parti del diploma. L'analisi chimica eseguita sui residui della saldatura diede precipitato l'argento in istato di cloruro NISSARDI. Inter rudera oppidi quod fuit Sorabile, quae sunt prope Fonni presso il Nuraghe Dronnosu, repperit c. a. 1872 Michael Carboni Assensu rusticus; aes habuit deinde Iohannes Porcu theologus Fonnensis, a quo acceptum Nissardius donum dedit museo Cagliariitano.*

intus: tabella prior

NA RAVENNATE  
 OCTONIS ET VICENT  
 NESTA MISSIONE Q  
 SVBSCRIPTA SVNT  
 5 CEPERINT EX MVLIE  
 TVDINE VIXISSE PROB  
 DEDIT ET CONVBIVM CVI  
 HABVISSENT CVM ET SI Q  
 QVAS POSTEA VXOR  
 10 SINGVLI SINGV

3 fin. quae deficiunt litterae VORVM NOMINA cum spatium non satis expleant, faber aut vacuum aliquod reliquerit necesse est aut litteras aliquot errore bis scripserit. — 8 fin. hic e contrario quae requiruntur CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI TVNC NON HABVISSENT CVM IIS, etsi arbitrariis compendiis numerum litterarum deminutum esse iure sumi potest, nihilo minus spatium longe excedunt; videtur faber inter E et T omisisse litteras ST CIVITAS IIS DATA AV.

[Imp. Caesar divi Sept]imi Severi Pii Arab(ici) Adiab(enici) Part(ici) [max(imi) Brit(annici) max(imi) f., d]ivi M. Antonini Pii Germ(anici) Sarm(atici) [nep(os), divi Antonin]i Pii pronep(os), divi Hadriani ab[nep(os), divi Traiani Parth(ici) et divi Nervae adnep(os), [M. Aurelius Ant]oninus Pius Felix Aug(ustus) Part(icus) max(imus), Brit(annicus)] max(imus), Germ(anicus) max(imus), pontif(ex) max(imus), [trib(unicia) pot(estate) . . . , im]p(erator) III, co(n)s(ul) IIII, p(ater) p(atriciae), pro co(n)s(ule)

[iis qui militaverunt] in classe praetor(ia) Antoniniana Ravennate, [quae est sub] Gongio Nestoriano, octonis et vicen[s] stipendis emeritis dimissis honesta missione,

quo[rum] nomina subscripta sunt, [ipsis filisque eorum, quos] susceperint ex mulierib(us), [quas secum concessa consue]tudine vicisse probaverint, civitatem Romanam] dedit et conubium cum [iisdem, quas tum secum] habuissent, cum [est] civitas iis data, aut, si[qui] tunc non habuissent, cum iis,] quas postea uxore[rum] duxissent, dum taxat] singuli singu[las]

extrinsecus: tabella prior

IMI · SEVERI · PII · ARAB · ADIAB · PART ·  
 IVI · M · ANTONINI · PII · GERM · SARM ·  
 I · PII · PRONEP · DIVI · HADRIANI · AB  
 I · PARTH · ET · DIVI · NERVAE · ADNAP ·  
 5 ONINVS · PIVS · FELIX · AVG · PAR  
 MAX GERM · MAX · PONTIF · MAX ·  
 · III · COS · IIII · P · P · PRO COS · a. 214/7  
 IN CLASSE PRAETOR · ANTONINIANA  
 B · GONGIO · NESTORIANO  
 10 IPENDIS EMERITIS DIMISSIS · HO  
 RVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT  
 SVSCEPERINT EX MVLIERIB  
 DINE VIXISSE PROBA

Et ectypum photographice exceptum misit Nissardius et acris delineationem optime factam. — Praefectus classis redit in titulo Poetovionensi vol. III, 4024 hoc: I(ovi) o(ptimo) m(aximo) pro salute Gongi Nestoriani procuratoris Augg. nnn. Ianuarius eorundem s(ervus contra)sc(ripor) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito), qui cum dedicatus sit inter a. 209 et 211, hunc aliquot annis praecedit. Eo tempore Nestorianus procuravisse videtur vectigali Illyrici (v. vol. III p. 1146). Classarios milites cum adhuc constaret missionem accepisse ad a. certe 145 post stipendia sex et viginti, ab a. certe 247 post stipendia octo et viginti (nullam enim legem, quae ad eos pertineret, habebamus inter D.XXXVIII vol. III p. 880 et D. LIII vol. III p. 896), iam hanc mutationem factam esse comperimus inter a. 145 et 217. Item in eodem intervallo et fortasse eodem tempore formula mutata est; nam lex a. 145 cum antiquo more ipsis classariis et liberis posterisque eorum civitatem tribuat, posteriores, scilicet anni 247 et sequentium, inserunt mulieres, quibuscum concessa consuetudine milites vixerint: id quod cum nunc intellegamus iam sub Antonino Severi filio obtinuisse, non paenitet coniecturae quam olim defendi (vol. III p. 908) mutationem eam coniunctam fuisse cum iure concubinae habendae a Severo militibus concessa.